



Zdigitalizowano w ramach projektu „OCHRONA I KONSERWACJA CIESZYŃSKIEGO DZIEDZICTWA PIŚMIENNICZEGO”




2007-2010

Wsparcie udzielone przez
Islandię, Liechtenstein oraz Norwegię
poprzez dofinansowanie
ze środków Mechanizmu Finansowego
Europejskiego Obszaru Gospodarczego



Zrealizowano
ze środków
Ministra Kultury
i Dziedzictwa
Narodowego



72 VII 29

ACTA

CAUSAE RITV.

Leopoldi ULM Scherfchnung

27. April 1812.

Seu

58X. W.

CEREMONIA.,

RVM

SINENSIVM

COMPLECTENTIA

Mandatum seu Edictum D.
Caroli Maigrot, Vicarij Apostolici
Feniensis, in Regno Sinarum, nunc
Episcopi Gnonensis.

Quasi ex eodem Mandato, seu
Edicto excerpta, Sacr. Congreg. San-
cta Romanae et Urbis Inquisitio-
nis preposita.

3.
Responsa data iisdem Quasi-
tis a prefata Congregatione

4.
Decretum a Ss. D. N. J. Cle-
mente divina providentia Pa-
pa XI. in eadem Congregat. die
20. Novembris **MDCXV** editum
quo dicta responsa confirmantur
et approbantur.

Roma et Typog: *qda Amica*

Mandatum seu Edictum
Domini **Caroli Maior** Vi-
carii Apostolici Fokiensis
in Regno Sinarum, nunc
Episcopi Cononensis. 1

Carolus Maior Sacerdos,
Vicarius Apostolicus Foki-
ensis, Sacrae Facultatis Pa-
rijiensis Doctor, Sociusq; Ser-
bonicus; omnibus Vicariatus
nostri con-sacerdotibus si-
litem in eo, qui est omnium
vera salus. Et quia in Sina-
rum Imperium, decessante ap-
pulumus, nobis semper hac tra-
ditionum Apostolicorum solici-
tudinis vacipna parvis est,
ut diversis quaestionibus, de

quibus inter Missionarios jam
diu controversatur, finem, si fieri
posset, afferrent: sin minus,
regulam Missionarijs trade-
rent, quæ donec Apostolica Se-
des controversiam dijudicaret,
æquali ab omnibus usu et ratio-
ne servaretur. Neque enim quod
sæpius gementes conspeximus,
sine magno Ecclesiarum ista-
rum detrimento accidit, ut
Evangelij Ministri in rebus, quæ
ad Idololatriam, et Idololatriæ
extirpationem attinent, inter
se non consentiant; ut quod ali-
is sine Idololatriæ labe fieri
posse non putent, hoc alijs Chris-
tianos facere permittant,
aut etiam ad faciendum ad-

16.
hortentur, utq; illi ipsi, qui cer-
tos usus supersticiosos esse ar-
bitrantur, eos eadem pro bono pa-
cis interdum tollerent. aqua ma-
li tollerantia malum radices a-
gere, atq; in dies incrementum
accipere, diuturna experien-
tia agnovimus.

Et quidem pleriq; Vicariatus
nostri Missionarij hanc in qua-
stionibus tanti momenti non
sententiarum modo discre-
pantiam, sed praxis et usus
dissimilitudinem tolli magno-
pere cupientes nostram pro eo,
quo indigni fungimur. Vi-
carij Apostolici munere sen-
tentiam sciscitati sunt: ac reco-
tinuis conscientie scrupulis

et angoribus premerentur, ali-
quid saltem per interim, a no-
bis decerni saepius instarunt:
rerum autem gravitas fecit,
ut non ita cito responderimus,
atque illi exoptabant: Etsi enim
jam a multo tempore bon. mc. E-
piscopi Heliosolitani. olim Vi-
carij Apostolici Tokienfis, et Si-
narum Missionum Generalis
Administratoris jussu, cum su-
as nobis vices demandaret, his
rebus incumberemus, nova tamen
et acrior diligentia, postquam
ad Apostolicum Vicariatum a
S. Sede electi fuimus, adhiben-
da ^{ca} visa est. tua in re, id verè af-
firmari possumus, nihil a No-
bis sponte pretermisum fuisse
ut si vè ex Sinicis fontibus

.ive ex commentarijs hoc in genere
 Europaeo Idioma te conscriptis,
 quoscung habere potuerimus, si-
 re ex eruditorum virorum consor-
 tio veritatem indagaremus. Et qd
 omnium maximè necessarium est.
 Deum jugi sacrificiò et assidujs
 precibus obsecramus, ut teneb-
 ras nostras illuminaret, et semi-
 tas suas, quodq placitum et
 acceptum est ⁱⁿ oculis suis edoce-
 ret.

Cùm itaq; Decretis et constitu-
 tionibus Apostolicis sancitum
 sit, ad Apostolicos Vicarios specta-
 re, ut ijs, quae ad cultum Divinum
 et bonos mores pertinent, intra su-
 orum Vicariatuum fines provide-
 ant, ut hac in parte officio nostro

faciamus satis, omnibus et sin-
gulis licariatus nostri. Missio-
narijs observanda precipimus,
qua sequuntur, donec aliter ab
Apostolica Sede decretum fuerit.

Primo. Excluisis nominibus Eu-
ropeis, quae non nisi barbaroque-
tam modo Sinicis literis et vocibus
exprimi possunt. Deum opt.
Max. longo usu recepto nomine
TIEN, CHY, Caeli Dominum appella-
landum esse statuimus, ita, ut
duae aliae Sinicae voces **TIEN**, Cae-
lum, et **XANG, TI**, supremus Im-
perator prorsus repellantur;
multo minus affirmetur id quod
Sinae praefatis nominibus **TIEN**
et **XANG, TI**, intelligunt Deum
esse, quem Christiani colimus.

Secundo. Districtè prohibemus,

ne in ulla Ecclesia Tabella quaedam, cui haec duae literae, Coelum colito, **KING TIEN**, inscriptae sunt, appendatur, et ubi unquam appensa fuerit, intra duos menses auferri mandamus, cum alijs ejusdem sensus Tabellis et versibus, in quibus nomina **TIEN** et **XANG TI** recassinguntur. ac nostro quidem iudicio cum omnes illae Tabellae, tum ea in primis, quae literas **KING TIEN** continet ab Idololatria excusari non possint. Tametsi vero non ita certa res esset, ac nobis videtur, vel ipsa periculi suspicio, ne ab Evangelij Ministris abominatio desolationis in loco sacro collocetur, nos ab ejusmodi Tabellis

detergere debet. Maxime, cum
experientiâ nobis constet, eos
Vicariatus nostri Missiona-
rios, quorum Ecclesijs illa Ta-
bella non habentur, nihilo ad
Evangelium prædicandum
imparatiores esse, nec minorem
quam alij laborum suorum
fructum percipere.

Tertio. Quæ sita superca-
pitibus Summo Pontifici **Ale-**
xandro VII. proposita multis
in rebus non esse veridica decla-
ramus, ac proinde Missionari-
os responsis ab Apostolica Sede
rectè quidem et sapienter, ac
juxta circumstantias indu-
bitis expressas clatis, inniti non
posse ad usitatum apud Sinas

Confusum et progenitorum cultum per-
mittendum.

Quarto. Missionarij nullate-
nus, nullaq; de causa à Chris-
tianis permittant solemnibus, qua
semel et iterum singulis annis
Confusio et progenitoribus offer-
ri solent, sacrificijs, seu oblatio-
nibus praesesse, ministrare, aut
interesse, quas oblationes super-
stitione imbutas esse declara-
mus.

Quinto. Missionarios, qui in
locis, ubi Evangelio operam na-
rant, Tabellarum in defuncto-
rum honorem privatis in do-
mibus erectarum usum abole-
re studuerunt, magnam lau-
damus, atq; ut eò, quo coeperunt,

pede impositurum pergant, ad-
hortamur; ubi vero hunc usum
tollere difficilius erit, ad hōisak-
tem res temperamentum revocetur,
ut sublati literis **XIN**
CHU XIN GOEI, LING GOEI, so-
lummodo defuncti nomen Tabella
inscribatur aut ad summum
litera **GOEI** superaddatur: ac ne
huiusmodi Tabella, quam in præ-
dicta forma, donec Apostolica Se-
des de re ipsa iudicaverit, non om-
nino reprobamus, superstitiosè
accipiatur, in loco ubi Tabella
privatis in domibus erigi solent,
scripta maioribus characteribus
declaratio apponatur, in qua, et
qua sit Christianorum de defun-
ctis fides, et qualis filiorum ac
nepotum

in progenitores pietas esse debeat,
enuntiatur, cuius Declarationis
formam ad huius mandati cal-
cem tradidimus. neq[ue] tamē pro-
hibemus: aliam ej[us]dem sensus
apponi, si modò prius à nob[is] as-
probata fuerit.

Sexto. cum nonnulla seu in
tō seu scriptō evulgari animad-
verimus, quæ incauta in errore
inducunt, et iam ad supersti-
tionem patefaciunt. 1:9:

Philosophiam, quam Sinae pro-
fiterentur, si bene intelligatur, ni-
hil habere legi Christianae con-
trarium.

Nomine **TAY KIE** sapientis-
simos. prisco Deum causam primam
verum cum definire voluisse.

Altum, quem **Confusus** spi-
ritus adhaeruit, curlem potius
quam religiosum fuisse.

Librum, quem Sinae **IE KING**
appellant, summam esse optimam
doctrinam Physicam et moralem.

Haec et similia, uti falsè, te-
merè, et scandalosè dicta, scrip-
tare, districtè inhibemus, ne in
toto Vicariatu nostro dissemi-
nentur.

Septimò, caveant Missiona-
ry, ne qui Christiani Sinicos li-
bros in scholis legunt, Atheismum
et diversas superstitiones quibus
illi libri, tam in textu, quam
in commentarijs, scatent, in au-
ditorum animos infundant; sed
illos Missionary ad moneant, ut

obvios errores refutent, et errorū
 occasione, qua de Deo, de mundi
 creatione, et gubernatione Chri-
 stiana Religio tradit, discipu-
 lo diligenter edoceant, atque
 eosdem Christianos Missiona-
 rii frequenter commonefaciant
 ne, quod facile contingit, suis in-
 scriptionibus, aliquid è Schola li-
 teraria principijs legi Christiana
 contrarium admisceant.

Sunt et aliæ quæstiones, quæ
 hac vice nondum attingimus
 quia cum memoratis capitibus
 quæ præcipua sunt, et è quibus
 aliæ magna ex parte dependent
 prorsum fuerit, facilius erit,
 quæ in cæteris tenendum sit præ-
 scribere, et in usum inducere.

Siquis autem Missionarius,
quod absit, nulla habita huius
Declarationis et mandati ra-
tione, intra duos menses, me-
moratas tabellas, et versus
ab Ecclesijs suis, aut domibus
non auferat, aut intra prefa-
tum tempus manum operi nō
adhibeat, ut quas prescribimus
regulas in usum et morem in-
ducat, concessa ei à nobis et
à quocumque alio Vicario et
Vicario Apostolico facultates
per presentes revocamus ac
tempore prefato revocatas esse
declaramus.

Negs tamen hac presentida
claratione et mandato eos cul-
pare intendimus, qui aliter an-
te à censuerunt aliamque

proxim secuti sunt ab ea,
 quam in posterum sequen-
 dam esse statuimus; mirum
 enim videri non debet, si in
 rebus huiusmodi. Missiona-
 ri omnes unius; eisdemque
 sententia non fuerint, etiam
 unusquisq; proxim amplecti
 sit, quae sibi in Domino ma-
 gis veritati consona videba-
 tur. nunc vero in hoc omnes
 studia nostra conferamus,
 ut idem sapiamus, ut una-
 nimes uno ore exhibeamus
 istam Ecclesiam non haben-
 dem maculam, aut rugam,
 sed ut sit sancta, et imma-
 culata, ac Deus pacis et di-
 lectionis erit nobiscum.

Datum in oppido Franço
Provincia Focensis. die 26.
mensis Martij 1693.

Carolus Maigret
Presbyter. Vicarius
Apostolicus Focen-
sis.

a.
Quaesita

in causa rituum Sinesium
super Mandato seu Edicto
Domini Caroli Maigrot,
Vicarij Apostolici Fokiensis,
nunc Episcopi Chronensis,
ab

Comis. et R^{em}is Dominis Cardi-
nalibus, specialiter a Sancto
memoria

INNOCENTIO PP. XII.

Deputatis,

Post varias Congregationes, ac
longum iurium hinc inde de-
ductorum examen, confecta:
primum quidem Theologis, et
qualificatoribus ad id selec-
tis proposita;

Ac deinde in Congregatione Generali sanctae Romanae et universalis inquisitionis discussa et resoluta.

Controversijs in imperio Sini-
co subortis inter Missionarios
Apostolicos, ipsos ad Sanctam
Sedem delatis sub Innocentio
decimo, Alexandro septimo, et
Clemente nono, num quaedam
quae à Sinicis peraguntur,
praesertim erga Confucium an-
tiquum Philosophum, et proge-
nitores defunctos permitti pos-
sint ijs, qui ad Christianam fi-
dem conversi fuerint, propte-
rea quod alij ex Missionarijs
affirmarent actiones illas su-
perstitiosas, vel idololatrias
esse, alij contra civiles tantum
et politicas

Die 12. septembris 1645. huasita
 quaedam in sacra Congregatione
 de propaganda fide proposita
 examinata et resoluta fuerunt
 approbante sa. mc. **Innocentio X.**

Alia quoque in sacra Congre-
 gatione Sancti officij pariter dis-
 cussa et resoluta die 23. Martij
 1656. sa. mc. **Alexander VII.** ap-
 probavit: et deinde die 20. No-
 vembri: 1669. sa. mc. **Clemens IX**
 utraq; vim habere pro diversa fa-
 cti et circumstantiarum expo-
 sitione declaravit.

At vero cum ejusmodi contro-
 versia Missionariorum non ad-
 huc quiescerent, D. **Carolus Mai-
 grot.** Vicarius Apostolicus Fo-
 tiensis, nunc Episcopus Cononen-

sis, in toto suovicariatu qua-
dam observanda praecepit, do-
nec aliter ab Apostolica Sede
decretum fuerit, Edicto promul-
gato die 26. Martij 1673. et in
system articulos distributo.

Porro petente eodem Dno
Margret sui mandati confir-
mationem, sa. me: *Innocentius*
XII rem ad sacram Congregatio-
nem Sancti officij diligentissime
discutiendam remisit, deputa-
tis ad id quatuor Theologis
Qualificatoribus videlicet
Patre S. Joanne Maria Gabriel-
lic Abbate Generali reformato-
rum S. Bernardi, nunc S. R. E.
Cardinali, *Patre Niccolao Ser-*
rano Priore Generali Fratrum

Eremitarum S. Augustini, Pa-
 tre Philippo à S. Nicolao G. Ge-
 nerali Carmelitarum Discalcea-
 torum, et Patre Girolamo Francisco
 Paresio olim Commissario Gene-
 rali ordinis Fratrum minorum
 de observantia reformatorum.

Utq; opportuna quaesita pro-
 sonerentur, et de facti circum-
 stantijs probe constaret, San-
 ctitas sua iussit adesse Patre
 Joannem Franciscum a Cony-
 sa ordinis minorum de obser-
 vantia reformatorum Episco-
 pum Bentensem, et Vicariū
 Apostolicum Hu Juañg,
 qui post longam plurium
 annorum in Imperio Sinico
 moram, huc rediit advenit,

rerum, quae in illis regionibus
peraguntur, oculata fidei
testis, Sinarumq; rituum
apprime instructus.

Igitur solerti curâ, et o-
mnibus serio, exacteq; perpen-
sis, et addita facti circumstan-
tiarum plenâ enarratione, in-
frascripta efformata fuerunt
quaestiones super unoquoq; ex
septem articulis edicti *S. Mai-
grot* Vicarij Apostolici Toki-
ensis; videlicet.

Super primo Articulo.

Primo quaeritur, an exclu-
di debeant nomina Europæa ad
significandum Deum optimū
maximum.

Nomen enim Deus, aliq;que
vocabula Europæa, quibus su-

premiū ens significatur. Sin-
cis caracteribus exprimiri pos-
se, nullam rei significata ide-
am apud Sinas excitare vide-
tur. videri possunt: 1. **A.**

Secundo. Queritur, an ad
significandum ^{Deum} optimum ma-
ximum, repellenda sint voces
TIEN, cælum, vel **XANG TI**,
supremus Imperator.

Ratio dubitandi est, quia
licet aliqui Missionarij Cu-
ropæi existimaverint, et exi-
siment antiquos Sinas præ-
fatis nominibus **TIEN** et
XANG TI, indigita se Deū
vrum et verum; nihilominus
Missionarij ferè omnes afferunt
quod Sinenses literati, qua

est precipua in Sina Imperio
secta, quatenus ejusdem secta
doctrinam exponunt, et se-
quuntur, saltem a quingentis
annis, cum in Atheismum
deciderint, vel omnes, velut
aliquibus videtur, fere omnes
nominibus **TIEN** et **XANG TI**,
nil aliud nisi caelum materia-
le, et visibile vel ad summum
quamdam caeli virtutem ei-
dem caelo insitam, quam rerum
omnium principiam, seu po-
tius conprincipium esse putant
designant. Unde caelo sic
sumpto, quemadmodum et ter-
ra, planetis, montibus, et flu-
vijs respective sacrificant:
et in Regijs urbibus Peking,
et Nanching templa visuntur,

in quibus statis anni tempo-
ribus, præsertim in templo *Pe-*

chinese ipsemet Imperator Cæ-
lo, solemnè sacrificium offert.

Tertiò. Quæritur, an Deus
optimus maximus, sit appel-
landus nomine **TIEN CHU**
cæli Dominus.

ratio est, quia ab omnibus
Missionarijs Sinensibus voca-
bulum **TIEN CHU** ad signi-
ficandum Deum optimum
maximum longè usu receptum
est; et in hoc parte dissentire
non videntur. videri possunt
idem Authores, quibus ad-
ditur /: *C* /

Quartò. quæritur, an at-
tentis prædictis, licet affir-

mare Sinae prefatis nomini-
bus **TIEN** et **LANG TI** intel-
ligere Deum, quem Christianico-
lunt.

Super. Secundo Artilo.

Primo. Queritur, an permit-
ti possit appendi in Ecclesijs
Christianorum Tabellam inscri-
ptam **KING TIEN**, caelum co-
lito.

Ratio dubitandi est, quia
predicta vox **TIEN**, nunc tem-
poris à Sinensibus literatis,
accipitur pro caelo materiali
ut supra dictum est in ratione
dubitandi ad tertium quaesitum
super primo articulo §. 2.

Et quatenus negativè.

Secundo. Queritur, an saltè
permitti possit cum declaratione
et qua?

Super Tertio Articulo.

Proponetur quæsitum infra,
quia pendet à decidendis in
sequentibus

Super Articulo Quarto.

Primo. Quæritur, an super-
stitione imbuta sint solemnia,
quæ semel et iterùm singulis
annis *Confucio*, et *progenito-*
ribus offerri solent sacrificia,
seu oblationes, ita, ut ipse præ-
esse, ministrare, aut intere-
re Christianis nullatenus,
nullaq; de causa permitti
possit.

Ratio dubiandi est, re-
spectu *Confucii*, quia secta
literaria, quæ primas obtinet
in illo imperio *Confucium* non

solūm uti Magistrum, verū
etiā uti sanctum colere vi-
detur. / C. /

Præterea in quadam ob-
latione faciendâ Confucio,
quæ describitur in libro seu
rituali Sinico. **TAMING**
HOEI TIEN nonnullæ ora-
tiones seu offertoria prescri-
pta sunt, in quibus Confucij
virtus, calor et vigor æquipa-
ratur. Doctrina antiquis,
modernis præfertur, imò
ex quo homines esse ceperunt
nemo illum æquasse dicitur
et quod ejus spiritus præce-
ptos **XING** seu sanctos exal-
lit. Quod autem hic dicitur
XING sanctitatem potius
sapientiam, vel sapientiam

simul et sanctitatem signi-
 ficet, inferitur ex hoc, quod in-
 ter illos, qui Confucium pro-
 cesserunt, et **XING** superius
 appellantur comprehendun-
 tur. Saetern nonnulli, de qui-
 bus expressis verbis in classicis
 Sinarum libris dicitur, quod
 post mortem in caelum evola-
 runt, et in caelis potestatem ha-
 bent, favendi hominibus, eo-
 que etiam Sineses antiquitj
 ut sanctos venerati sunt, et hae-
 tenus celebrant ut tales. Insu-
 per alibi in libris Sinicis hae
 habentur. **XING LIN CHY**
CHY SE LU LAO XUN,
YEN VANG CHEV KYNG
KYNG CHY. id est sancto-

rum Virorum Summitas. ut
et antiquissimi Imperato-
res **LAO** et **XVN**. Rex **VEN**
VANG Princeps **CHEV**
KVNG et **KVNG CHIV**
seu Confucius. Quod vero
hoc etiam in loco dicitur **XING**
Sanctitatem potius quam sa-
pientiam significet, inferri
videtur ex eo, quod omnes an-
te **Confucium** hic nominati
ti apud Sinas in summa
sanctorum serie ab anti-
quis temporibus referantur
et ut tales ab iisdem Sinen-
sibus semper habiti fuerint
ut constat ex libris eorum
Passicis. licet apud Sinenses
etiam praefata dicitur **XING** in
allatis textibus perfectissimum et

Sapientissimum virum, vel
summum perfectionis gradum
ad quem homines caelo seu
naturam favente pertingere
possunt, significare videat.

Esse Confucius in singu-
lis civitatibus aedes habet ei
dedicatas, quae Gymnasia non
sunt, ne aulta tantum esse
videntur, sed potius *capella*
eo quod Sinites vocant **MIAO**,
quae vocabulo idolorum tem-
pla designantur, et a non-
nullis authoribus aedes pra-
dicta templa, seu fana di-
cantur. videri possunt. F. /

In quibus aedibus extat
effigies Confucy, vel saltim
Tabella cum hac inscriptione:

sedes Spiritus Sanctissimi,
vel sapientissimi Prothoma-
gistri Confucij: qua verbis Si-
nicis est huiusmodi: **CHI**
XING SIEN SV KUNG CHV
XIN GOEV, ut testatur Pa-
ter a Leonissa, qui asserit di-
ctionem ^{Sinicanam} **XING** non signifi-
care tantummodo sanctum
sed aliquando etiam sapientem.
alij prefatam inscri-
ptionem sic latine vertunt:
Sanctissimi et super-Excel-
lentissimi.

Mandarini seu Governato-
res ac Magistratus urbium
una cum literatorum Praefec-
tis, nec non graduatis, seu Doc-
toribus literatis bis in anno, nem-
pe circa aequinoctium Veris

et autumni illidem solemnem
 oblationem, seu sacrificium
 peragunt, in quo à Ministro
 et assistentibus cum varijs ge-
 nuflexionibus et inclinatio-
 nibus dirigente cœremonia-
 rum Magistro ante Tabellam
Confucij supra mensam seu
 altare expositam, candelis ac-
 censis, cum odorum suffitu im-
 molati, seu immolandi ani-
 malis sanguis ac pili offerun-
 tur, ac deinde terra in fodiun-
 tue, itemq; pannis serici, qui
 postea extra templum seu
 eadem in proximo atrio, accen-
 sò igne comburuntur. Item
 vinum libatur, occisorum a-
 nimalium, suis videlicet a-

pra, seu cervi, et similia car-
nes immolantur, quae inter
assistentes, et alios peractam
oblationem, seu sacrificio di-
stribuuntur, et ab omnibus
magnificunt, et comedunt.
Ante omnia autem jam au-
 principio, **Confucij** spiritus
invitatur, ut adsit, imola-
tisq; fruatur, veniensq; ad
oblationem certis ceremonijs
recipitur, eius quicquid in
sacrificio geritur tanquam
praesenti, in Tabella signifi-
catur. ministris non nullorum
ante sacrificium dierum jeju-
nia, et a Thoro conjugali absti-
nencia publico ritu praescri-
pta sunt; hostias immolanda

fuso in earum auriculis pro-
bandi causâ liquore quodâ
seu vinô calidô seligunt. ob-
latio incipit post primum,
aut secundum galli cantum
et summo mane terminatur:

spiritum **Confucij**, finita ob-
latione, abeuntem gratôa-
nimô, ac certis verborum for-
mulis prosequuntur: et ad-
stantibus omnibus antequam
dimittantur, ob sacrificium
benè peractum, felicitates plu-
rimas promittuntur, prout in
rituali **TAMING FIOETTI-
EN**, tomo seu tractatu gi. in
descriptione faciendâ oblationis **con-
fucio** apud P. à Leonisa. Hiderij
sunt respectivè p. 9. :

Præter prædictas oblati-
nes binas solemnes alia min-
solemnes eodem in loco, seu qu-
dam alij ritus et ceremoniæ in
ejusdem **Confucij** honorem
statutis temporibus, peragun-
tur tum à Magistratibus, seu
Gubernatoribus urbium, tum
à reliquis literatis, de quibus
etsi speciatim à Vicario A-
postolico **Maigrot** mentio fac-
ta non fuerit, nihilominus
quæ in quæsitis Patris Mar-
tini soci. Jesu aliqua saltem
expressa fuerint, hic aliud
quæsitum ad rem clarius e-
lucidandam instituitur.

Secundo igitur queritur
an ceremonia, ritus et oblationes

minus solemnes, quæ fiunt in honorem ejusdem Confucij à Christianis licitè exerceri et peragi possint in loco præfato.

Ratio dubitandi, præter dicta in præcedenti ratione ad primum est, quia bis singulis mensibus, in novilunio scilicet et plenilunio cujuscunque urbis Mandarinus seu primarius Magistratus, aliique officiales et literatissimi mō mane ad eum seu templum Confucij magna cum pompa adeunt, et ante ejus effigiem, seu Tabellam accensis cereis, cum thuris, atq; odorum suffitu, repetitis vicibus genuflectunt, totò corpore prostrati,

ac terram fronte percuti-
entes. Item quandoq; praeser-
tim in novilunio ab aliqui-
bus vinum et cetera quaedam
ac fructus offerri solent. Ma-
darini seu Gubernatores Ur-
bium, ac Magistratus, ante-
quam dignitatem adeant,
seu statim post aditam dig-
nitatem, seu dignitatis pos-
sessionem ad templum seu
ad eam **Confucij** pergunt, ibi-
que ante eius effigiem, seu in
bellam eadem peragunt, quae
fieri ab eis in novilunio, ac ple-
nilunio, modo dictum est; non
tamen vinum, cetera, nec fructus
offerunt. videri possunt. **H.**
Praeterea literati, postquam

in amplissimo Gymnasio, seu
 Palatio, ubi per aliquos dies pro-
 bantur, gradus literarios adepti
 sunt. Statim ad eadem seu Tem-
 plum **Confucij** se conferunt, ibi-
 que coram predicta Tabella ce-
 reis accensis, cum thuris, atque
 odorum suffitu, iteratis vicibus
 genuflectunt toto corpore ad ter-
 ram prostrati, prout in alijs
 proximè relatis ritibus, seu ob-
 lationibus minus solemnibus.
 Haec verò in honorem **Confucij** ob-
 lationes tum solemniores, tum
 minus solennes, seu ritus, praer-
 fatis ita Sincensium Imperato-
 rum legibus, publicèq; regni
 usu stabiliti sunt, ut non li-
 ceat eos ommittere, saltè ab-

que gravi periculo respectivè
amissionis Mandarinatus,
graduum aut dignitatum
videri possunt. / 9 /

Respectu vero Progenitorum
ratio dubitandi circa solem-
nes oblationes, que in primogeni-
tato proponuntur, est, quia
Sine defunctos parentes, seu
progenitores, saltè usque ad
quartum gradum publico ac
singulari cultu prosequuntur,
ades eis dedicant, que potius
Capella et templa, quam simpli-
tes aula videntur esse, tum ex
his, que in eis geruntur, tum
ex nomine **MIAO**, quo Imperi-
alium, aliorumq; Imperij Pro-
cerum, Progenitorum defunctorum

aedes ex antiquissima institu-
 tione vocantur; quo pariter
 nomine etiam Sclotorum tem-
 pla communiter designan-
 tur, ut supra dictum est, et
 animalium quoque sanguine
 ex antiquissimo ritu in ritua-
 li **LM KI** prescripto, uti etiam
 oblationum, seu sacrificiorum
 vasa, quae nulli usui extra tem-
 pla praedicta applicari licet,
 dedicari solent. vestes vero, sicut
 priores et praesertim Impera-
 tores uti solebant, aut solent,
 in praefatis oblationibus, spe-
 ciali ritu in eodem **LM KI** pre-
 scripto fieri debent, ac consum-
 pta absoluteque cremari, ne profana-
 nis usibus inserviant.

Ceterorum autem progenito-
rum defunctorum aedes licet
non **MIAO**, sed **CHV TANG**
appellentur, in re id ipsum
significare, et ad eodem cult-
tus erga defunctorum profa-
torum spiritus exhibendos de-
stinari videntur, quia tam in
aedibus **CHVNG MIAO** dic-
tis, quam in **CHV TANG**
nuncupatis, imagines seu
statuae **Primariorum proge-
nitorum** reperiuntur, aut
saltem et communiter ubi-
que Tabellae **progenitorum**
aervantur supra mensam
vel altare cum hac inscriptio-
ne: **Sedes spiritus N: defun-
cti Progenitoris.**

Cuius quidem Tabellae, sal-
 tem his temporibus idè fieri
 videntur, ut non tantummodo
 loco spirituum, seu defun-
 ctorum adhibeantur, sed etiã
 ut ydem Spiritus, seu defun-
 ctorum animae, quodam modo
 in eis resideant, quia cõtem-
 pore, quò defuncti *Progeni-*
tores sepeliuntur, quò etiã
 earundem Tabellarum inci-
 pit usus, in ipsomet sepultu-
 ra loco, ut ex rituali Sinico
KIALY nuncupato constat,
 ad dictas Tabellas flexis genis-
 bus et expressis verbis Spiritus
 seu anima prefata invitantur,
 ut in illis resideant et do-
 mum reuertantur, quo facto

eadem Tabella solemniter
domum deferuntur, ac sta-
tuto tempore in aedibus praefatis etiam solemniter col-
locantur: dicitur etiam in
dicto rituali quod quando
in praefatis Tabellis aliqua
lectere mutanda, vel adden-
da sunt / quod quidem fit
quando in aedes praefatas
novae Tabellae introducuntur,
et antiquae scilicet priores ad
gradum superiorem transeunt
juxta ordinem consanguini-
tatis vel quando ab Impera-
tore nova dignitas, scilicet
dignitatis titulus, aliquibus
bus *Progenitoribus* dejun-
ctis juxta Regni morem con-

fertur, qui tabellis inscri-
 bendus est. / aqua madefiant
 ut abradi possint. et abrasio
 lousis, lousionis aqua in eod.
 seu templi parietem projici-
 ciatur, quae ceremonia sum-
 mam Sinesium reverentiam
 erga easdem Tabellas indi-
 care videtur. Item in eode
 rituali dicitur, quod trans-
 actio quarto consanguinita-
 tis gradu, quando scilicet in
 a. libus, seu templis praefa-
 tis dictas tabellas aservari
 amplius non licet, huiusma-
 di tabellae terre infodi debet
 respective, vel in proprijs se-
 pulturis eorundem progeni-

torum, vel in parte anteri-
ori aedis seu propè januam:
antiquitus autem ab aedibus

CHING MIAO nuncupa-
tis ad alias aedes transferri
solebant, ibique a servari et
recondi, et in rituali **KIA**

LI dicitur, quòd Impera-
tor et Imperij Proceres id fa-
ciunt. Ad easdem tabellas, in
loca, et sedilia, seu mensas,
in quibus dicta tabella è suis
tabernaculis cum speciali
reverentia extracta, exposi-
ta jam sunt, si adhiberi debe-
ant, eorundem progenitorum
spiritus, seu anima, praesor-
tem solemniū oblationum tem-
pore invitantur, ut descen-

dant, et in eis maneant, quod
 quidem fit, vel expressis verbis, ut
 constat ex formula descripta
 in rituali **KIALU**, ubi de obla-
 tionibus faciendis primis fa-
 miliarum progenitoribus **XII**
CHIV et **SIENCHIV** nuncu-
 tus, qui jam quartum gradum
 ascendentia processerunt, fit
 sermo, quae formula in medio
 adis, seu templi antè ras ibidem
 cum carbonibus accensis positum,
 flexis genibus à primario oblatio-
 nis ministro recitari debet, eaq;
 recitata, super eisdem carboni-
 bus cum speciali ceremonia a-
 nimalis seu victimae pinguedo
 ponitur, seu effunditur, ut in-
 spor ascendat, vel saltem et.

semper cum ceremonia effun-
dendi vinum super palearū
manipulum, quæ **KLANGXIN**,
id est descensus spirituum in
eodem rituali appellatur quæ
q̄ pariter cum solemnitate et
reverentia magna ordinariē fieri
debet in medio templi. seu a-
dis ante mensam, seu altare,
ubi odores cremantur; quæ **HI-
ANG CHO**, id est odorum men-
sa vocatur; ibiq̄ postea fit alia
similis ceremonia effundendi
vinum, quæ vocatur **CHU**, id
est oblatio, quæ loco spirituum
fit: fieriq̄ dicitur antiquis
vini institutoribus seu inven-
toribus: / itemq̄ **progenitores**
seu progenitorum spiritus in:

75.
vitantur, ut oblati fruantur
seu frui velint, ut in eodem ri-
tualis prescribitur, de eodem
descensu seu adventu spiritu-
um, etiam primogenitorum
defunctorum; et de fruitione
seu acceptatione oblatorum
pluribus fit mentio in libris
antiquis, et alijs ritualibus
Sinicis, unde multi Sincenses
eosdem *primogenitorum* spiri-
tus ceremonijs supra dictis
invitato veniit, et frui pu-
tant, aut credunt. Non pau-
ci tamen ad imaginariam, et
dubiam potius quam realem
spirituum presentiam, ad-
ventum et fruitionem haec om-
nia, ut etiam ex libris et ritua-

libus Sinicis colligitur, reducere videntur; Confusius vero in libro **LUN. III** ait: **CHI IUI, CHAM: CHIXIN, IV. XIN, CHAM**, id est offerendum seu sacrificandum est, veluti adessent / scilicet illis, quibus offertur / offerendum seu sacrificandum est spiritibus, veluti spiritus adessent, seu existerent. Statutis autem anni temporibus in eisdem locis seu templis prefatorum progenitorum defunctorum spiritibus solemnes oblationes, seu sacrificia offeruntur, qua tantummodo cuiusque familiarum, ac mulierum respectu conveniunt, ac eandem familiarum primo.

geniti ex lege debent primaria
officia in dictis oblationibus
exercere, qui etiam propriis ma-
nibus animalia offerenda oc-
cidunt in locis, ac cum ceremo-
niis in ritualibus pro persona-
rum qualitate respective pre-
scriptis, omniaq; peragunt
eodem ferè ritu, mutatis mu-
tandis, qui supra in oblatio-
nibus solemnibus. **In** ficio
exhibitus, est descriptus: in
templis, seu adibus **CHIVTANG**
ntincupatis juxta rituale
KIALY serica non offeruntur,
nec in eodem fit mentio illius
Asyrtaceæ monete, qua nunc
temporis in omnibus oblatio-
nibus, quæ progenitoribus

defunctis à gentilibus fieri so-
lent cremantur, eò quòd hæc ce-
remonia non sit propria sectæ
literariæ: neq; in fine obla-
tionis illa verborum formulæ
prescribitur, qua in superi-
oribus oblationibus abeuntibus
spiritus prosequuntur, sed im-
ad id quadam inclinatione
et prostrationes faciendæ refe-
runtur, quibus peractis tabellæ
si adhibite et expositæ fuerint
in locum suum reportantur, et
in tabernaculis reponuntur
nec non *progenitorum* nomi-
ne, seu de mandato eorundem
ut in rituali *KIALY* dicitur
à Magistro ceremoniarum
ministris primarijs, et implicite

adstantibus omnibus ~~omnibus~~
 plurima felicitates permit-
 tuntur, et antequam fiant,
 nonnulla ex predictis solem-
 nibus oblationibus, scribis
 cum speciali ceremonia an-
 te januam adis, seu templi
CHV TANG eligitur dies, et
 de felici electione monentur
 pariter speciali ritu in eade
 ade, seu templo progenitores
 defuncti, seu eorundem spi-
 ritus, ut videre est in dicto fi-
 tuali, in quo etiam dicitur
 quod omnes oblationes **CHI**
 consistunt tantummodo,
 seu principaliter in totali
 soliditate, et perfectione a-
 moris et reverentia: et ideo

pauperes juxta paupertatem
suam, infirmi juxta vires su-
as in illis faciendis se gerant
qui verò divitijs et viribus ab-
undant juxta præscriptum
tus eas peragant.

Preces verò licet ex antiquis-
simo ritu in libro, seu rituali
LM KY, tantum modo certis
temporibus, seu pro publicis
imperij necessitatibus in tem-
plis progenitorum defuncto-
rum **CH-IVNG MIAO** nuncu-
patis peragenda prescriban-
tur, et non pro privatis neces-
sitatibus, seu indigentijs, vel
ad privatas felicitates postu-
landas, cum econtra hoc ipse
ex eodem antiquissimo ritu in

oblationibus etiam solemnibus ordinariè offerendis interdicitur videatur; nihilominus etiam ad privata felicitates ab eisdem progenitoribus defunctis petendas deprecationes, præsertim nunc temporis à Sinenſibus quandoq; fieri referuntur, et probantur ex alio rituali Sineſi, in quatuor tomis diuſo, et **KIALU** pariter dicto, quo gentiles paſſim utuntur in Siniſ, licet huiusmodi deprecationes n̄ fuerint auctoritate publica, ſed potiùs tacita permiſſione in eodem rituali, et alibi à privatſ Doctoribus inſerta. Communiter autem

eò magis felices ac fortuna-
tos se fore putant, aut sper-
nant, quò majori pietate ac
diligentiâ solitis officijs ergà
prefatos defunctos functi fu-
erint. Et Cassico etiàm ritua-
li habetur, quòd in alendis
animalibus ad usum sacri-
ficiorum tum **XANG TI**, tum
spiritibus omnibus etiàm **pro-**
genitorum in templis et lo-
cis eisdem respective dicatis
offerendorum destinatis. Im-
perij urbium Prefectis, de
mandato regio injunctum
sit, ut omnem curam adhi-
beant, populiq; id ipsum
suadeant, eò quòd ad feli-
citates pro eisdem populis

petendas in dictis oblationibus offerri debeant. Item ex Casicis ritualibus plura referuntur, undè deduci videtur Sinenses non tantum à **XANG TI**, alijsq; spiritibus, montium scilicet, fluminum &c. verum etià à spiritibus defunctorum felicitates plurimas concedi ob prefatas oblationes bene peractas docuisse, credidisse ab antiquo tempore, aut aeternum finxisse.

Qui verò Atheisticam doctrinam profitentur, et sequuntur, licet eorundem spirituum existentiam negent, tamèn quadam motione

sympathica per dispositio-
nem ministris ad sacrifican-
dum vel offerendum prescri-
ptam cæli aërem tenuissimū
in quem defunctorum spi-
ritus reserui assenunt, conciti-
tari ac moveri et quodammo-
do attrahi ad oblationem in-
surgunt, unde benefico in-
fluxu: erga offerentes, adstan-
tesq; promanare docentur
infertur etiā ex ijs, quæ ha-
bentur in extractis ex libro,
cui titulus: *Confucius Sina-*
rum Philosophus, et per P. S.
iterum impressis, ac in parvo
libello sacre Congregationi ob-
latis. Tandem prefati *Atque*
prout antiqui omnes sub noē

AVE XXIX spiritus omnes, etiam defunctorum, dum genericè eos designare, vel nominare velunt, comprehendunt, et de præfatis **AVE XXIX** genericè multa præclara referunt, sicq; populis ergà illos timorem pariter, et honorem suadent. *J. E.*

Præter prædictas solemnes oblationes, quæ fiunt in honorem defunctorum prægenitorum alia etiã minò solemnes oblationes, nec non alij ritus ac ceremonia eisdem in adibus, seu templis diversis anni temporibus, præsertim primâ die anni Sinici, in solstitijs, ac singu-

lis mensibus, in novilunio scilicet. et plenilunio, in honorem eorundem defunctorum fieri solent; de quibus licet **Sicarius Apostolicus** **Mai-**
grot specificam mentionem non fecerit, expedire videtur orationem. **Syma** allatam, ubi de oblationibus minus solemnibus **Confucio** fieri solitis agitur, ut etiam speciale quassitum hic instituat, **ut** **de**.

Tertio. queritur, an Christianis liceat in praefatis aedibus seu templis supradictas oblationes minus solemnes offerre, eis ministrare, seu quomodo libet inservire, nec non alios ritus et ceremonias peragere. **Ratio** dubitandi praeter ea, quae

dicta sunt in superiore ratione
 ad quæsitum respectu præfato-
 rum defunctorum, est, quia supra-
 elictis temporibus uniuscuius-
 que familie persona utriusque
 sexus, ad quas iuxta præscri-
 ptum in ritualibus Sinicis ac
 præcipue in rituali **KIALM**
 ex officio spectat, summam mane
 debitis ac speciosis vestibus in-
 dute, ac de progenitoribus dica-
 tas ac prædæ promore ornatas re-
 spectare ad eunt; in eis coram
 Tabellis eorundem **progenitorum**
 post abluitionem manuum, cum
 varijs inclinationibus et genu-
 flexionibus è tabernaculis ge-
 ministris designatos, extracti
 et super mensam seu aetare col-

locatis, cereis accensis, odo-
res ac thura cremantur, vinum
libatur. et super palearum
manipulum effunditur: quae
ceremonia indicat descensum
spirituum. / fructus vini, ac po-
tio **CHIA** dicta offeruntur seu as-
ponitur, coram qualibet ex eis-
dem tabellis, ac tandem cum
alijs genuflexionibus, et incli-
nationibus, spiritibus abun-
tibus quodammodo vale dicitur.

In plenilunio vero juxta
ea, quae habentur in Rituali
RIALM ceremonia extrahen-
di tabellas è tabernaculis non
fit, vinum non apponitur, sed
fructus et potio **CHIA** caetera,
ut in novilunio seraguntur.

Insuper diebus quasi singulis, et in certis casibus coram tabellis prefatis ab his, ad quos spectat, inclinationes, et prostrationes varie fiunt, odoresque quandoque cremantur cereis accensis.

Tandem qui sunt tenuioris fortune, ut non habeant aedes seu templa. **Progenitoribus** defunctis dicata, in domibus privatis coram tabellis eorundem in supradictis anni temporibus respective accensis candelis cum thuris seu odororum suffitu offerunt, seu apponunt carnes, vinum portionem **CHA**, fructus, et alia huiusmodi, genuflexionibus

bus, seu inclinationibus, etiam adhibitis, minori tamen cum solemnitate. Sine enim domi communiter habent locum aliquem, tanquam lazararium, ubi dictas tabellas cum solita inscriptione asservant, easque singulis diebus sepe salutant, ac certis temporibus, uti dictum est, coram eisdem, ritus, ac ceremonias prefatas peragunt.

Atem Sineses fere omnes seculchra eorundem **progenitorum**, qua in montibus, seu locis prealtis extra mœnia sunt, semel in anno adeunt, ibi oblationem faciunt, apponendo scilicet carnes, vitulum, fructus, potionem **CHIA**, et alia huius

modi cum solitis genufle-
xionibus et inclinationibus
aliquando autem solemnig
hæ omnia peragunt juxta
ritus ac vires, adhibita etiam
ceremoniâ effundendi vinum
quæ ut supra **KIANGXIN**¹⁷²
catur, herbas etiam, et gra-
mina circa sepultura, nata
eradicant, purgant, plorant,
mox finitis lacrymis obla-
tis rescuntur.

Alia, in super oblationes
tum solemnēs, tum minus so-
lemnes Sinenses facere solent
mortuis progenitoribus, præ-
sertim a die obitus, usq; quo
sepultura tradantur, quæ ex-
cepta circumstantia templi,

seu adis, nec non vestium
speciosarum, quia iugiter
vestimentis eò tempore utuntur
in cæteris cum supradictis re-
spective concordant. et ideo.

Quarto. queritur an Chri-
stianis liceat prefatas cola-
tiones, ritus, ac ceremonias
coram supradictis **progenito-**
rum tabulis in privatis domi-
bus, vel etiam in eorundem **pro-**
genitorum sepulchris, aut an-
tequam defuncti predicti se-
pulture tradantur, in eorum
honorem fieri consuetas uni-
cum gentilibus, vel scorsim per-
agere eisq; ministrare aut in-
teresse.

Quinto. queritur, an Christi-
anis liceat prefatas omnes

oblationes, tum solemniores, tum
 minus solennes, nec non alios
 ritus ac ceremonias, tam in
 aedibus seu templis defuncto-
 rum, quàm domi et in sepul-
 chris, prout supra relatas sunt,
 peragere, aut eis simul cum
 gentilibus interesse, vel in eis
 ministrare, saltem præmissâ
 publicâ, vel secretâ protesta-
 tione eos non in religioso sed
 civili tantum, ac publico cul-
 tu erga defunctos **progeni-
 tores** hæc omnia præstare, nec
 ab eis quidquàm petere aut
 sperare.

Sextò. queritur an liceat
 seu permitti possit Christianis
 eandem omnes oblationes respec-

tive in locis supradictis, vel
saltè in domibus defunctorum
sepulchris seorsim, vel etiàm
cum gentilibus offerre, alios
quæ ritus ac cæremonias pera-
gere, sublatis omnino super-
stitionis vel superstitionis
speciem præferentibus, hoc
est ea tantum modo offerendo
qua juxta Regni morem rite
offerri solent, et cum cæremo-
nijs, ac ritibus erga vivos fieri
vel adhiberi solitis, et an hoc
saltè liceat præmissa seu ad-
hibita supradicta protesta-
tione.

Ratio est, quia nisi hacca-
dem Sincensibus Christianis
permittantur, valde timendum

est, nè qui Christiani jam et
 Christianam religionem peni-
 tus abiciant. et qui nondum
 illam susceperunt, in posterum
 nullatenus amplectentur: i-
 mo in Christianos, tanquam in
 patriorum rituum erga de-
 functos **progenitores** deser-
 tores ac destructores insurgat
 eosque ac Missionarios omnes mi-
 nis ac persecutionibus exagi-
 tent, et à Regno penitus ex-
 cludant.

Ità quo ad factum perti-
 net, testatur Pater **Joannes**
Franciscus de Nicolais à
Leonissa Vicarius Apostoli-
 cus **HIVAVANG** Episcopus Be-
 nitensis, apud quem sunt Ritua-

lia, aut textus allegati, ea-
que exhibuit, et interpretatus
est.

Super Quinto Articulo.

Quaritur **primò**, an Pri-
stianis permitti possit dictas
Tabellas **progenitorum** in
privatis domibus retinere cū
in scriptione **XIN CHI XIN
GOE LING & OEI**, id est thronus
seu Sedes spiritus seu a-
nimæ **N.** defuncti.

et quatenus negativè.

Secundo, quaritur, an sal-
tem abrasa ea in scriptione, so-
lummodò defuncti nomine in-
scripto, aut ad summum su-
peraddita litera **GOEI**, se-
des seu thronus.

et quatenus negativè.

Tertio queritur, an saltē cum declaratione, quā delectetur, qua sit Christianorum de defunctis fides, et qualis filiorum ac nepotum in **progenitores** pietas esse debeat.

Hic queritur, quid de cetero non dicitur circa tertium articulum supra ommissum tenoris sequentis.

Utasita super capitibus inter huiusce Missionis operares controversis, summo Pontifici **Alexandro VII** proposita, multis in rebus n̄ esse revidica declaramus: ac proinde Missionarios, responsis: ab Apostolica Sede rectē quidem et sapienter ad iuxta circum

stantias in dubijs expressas
datis, inniti non posse, ad u-
sitatum apud Sinas *Confucij*
et *progenitorum* cultum
permittendum.

Super Sexto Articulo.

Quaeritur quid decernen-
dum sit super *sexto Articulo*
prefati *Edicti D. Haigrot*
tenoris sequentis.

Quum non nulla, seu verbo
seu scripto evulgari animam
verterimus, quae incautos in
errorem inducunt et viam ad
superstitionem patefaciunt.

¶ 9. Philosophiam, quam
Sinae profitentur, si bene in-
tellegatur, nihil habere legi
Christiana contrarium.

Nomine **TAY KIE** sapient-

tissimos priscos Deum causa
^{rerum.} primam omnium definire vo-
 luisse.

Cultum, quem Confucius
 spiritibus adhibuit, civilem
 potius, quam religiosum fuisse.
 Librum, quem Sine **FEHING**
 appellant, summam esse op-
 timam doctrinæ phisicæ et mo-
 ralis.

Hæc etsimilia, uti falsè te-
 merè et scandalosè dicta scri-
 ptarè districtè inhibemus, nè
 in toto hœcariatu nostro disse-
 minentur.

Super Septimo Articula
 queritur, an sit approbandum
 quod D. Maior disponit
 in septimo articulo tenoris se-
 quentis:

Caveant Missionarij, ne
qui Christiani Vnicas lib-
ros in scholis legunt, Atheis-
mum et diversas superstitio-
nes, quibus illi libri tam in
textu quàm in commentarijs
scatent, in Auditorum ani-
mos infundant, sed illos Mis-
sionarij admoneant, ut ob-
vies errores refutant, et erro-
rum occasione, qua de Deo
de mundi creatione et guber-
natione Christiana religio
tradit discipulos diligenter re-
doceant, atq; eodem Christia-
nos Missionarij frequenter com-
mone faciant, ne quod facile con-
tingit, suis inscriptionibus at-
liquidè schola literarie prin-
cipijs legi Christianæ contrari-
um admisceant.

RESUMMA

Sua ad quaesita superius re-
lata praevidet diuturno
mature ac diligen-

tissimo Examine
de Mandato Sa: Mem:

INNOCENTII XII.

praevis inchoato
ac deinde iussu Sanctissimi
D. N. D.

CLEMENTIS PAPIE

per plures annos
continuato.

à Sacri Cong: Censorum
ac Reverendissimorum
D. D. S. R. C. Cardinalium

in tota Republica Pristi-
ana adversus Hereticam
pravitatem generalium
Inquisitorum à S.

Sede Apostoli-
ca specialiter
deputato.

rum

Auditis Patribus, nec n̄
Theologorum, et quali-
ficatorum ad id depu-
tatorum votis da-

ta fuerunt ac

postmodum

ab eodem

Sanctis-

simo no-

stro ap-

probata et confirmata.

Super primo Artlo.

Ad primum quæsitum Sa-
 cra Congregatio censuit, non
 esse adhibenda nomina Ci-
 ropea ad significandum
 Deum opt. Max. inutilissi-
 quidem esset eorum usus, po-
 sito, quod illa Sinicis cha-
 racteribus exprimi vix pos-
 sint nec ullam apud Sina-
 rei significatæ ideam exci-
 tare valeant.

Ad secundum respondit
 affirmative, si enim illis vo-
 cibus apud præcipuam Sine-
 sium sectam, quæ literato-
 rum nunciatur, non nisi
 calum corporeum et visibile
 vel quædam cæli virtus eidem

Cælo insita designatur, quæ
cumq; alia tandem eisdem
verbis significatio attribui
valeat, abstinere ab eis pro-
suis debent Missionarij, ne
ansam præbeant illis gentibus
existimandi nihil aliud esse
Deum, quem Christiani colunt
quàm cælum corporeum, aut
ejus virtutem.

Ad tertium, similiter re-
spondit affirmative, præser-
tim, cum nulla hac in re adsit
inter Partes controversia.

Ad quartum, sufficien-
ter fuisse provisum in respon-
sione ad secundum quæsitum.

Super secundo, Articulo.
Ad primum, attentis ijs,

quae dicta sunt in responsione
 ad secundum quaesitum primi
 Articuli. Sacra Congregatio re-
 spondit, permittendum non esse
 in Ecclesijs Christianorum ap-
 pendi Tabellam de qua agitur,
 nec iam appensam retineri, et
 enim nefas omnino sit suscipi-
 ri, quod aliqui Ministri Evan-
 gelici Tabellam huiusmodi in
 Ecclesijs Christianorum permit-
 tentes, alio animo id faciant,
 quam per inscriptionem in ea
 appositam non celi materia-
 lis, sed factoris ac Domini Ge-
 li, ad eos veri Dei cultum ex-
 plicandi: abstinendum tamen
 omnino est ab illa praxi, quam
 iustitiam, quae habentur apud

S. Leonem serm. 7. de nativ. In
cum quis in nostris invenerit
qui erroribus relictis Christiani-
nam fidem amplexus est, eam
secum partem opinionis vetustae
tanquam probabilem retine-
re posset, quam fidelibus et
infidelibus viderit esse com-
munem.

Ad secundum. praesup-
posita inscriptione, de qua
agitur, respondit negative,
quod si loco inscriptionis: *Cae-
lum colito*: proponeretur alia
Dominum caeli colito, esset haec
subrogatio novae Tabellae, non
declaratio antiquae.

Super Tertio Articulo
Remissa ad alium locum quod

stione, remittitur et ad illam
responsio.

Super quarto Artlo.

Ad sex quæsitæ hujus arti-
culi sacra Congregatio respon-
dit: Christianis nullatenus nullo-
modo de causa esse permittendū
præesse, ministrare, aut interes-
se solemnibus sacrificijs, seu ob-
lationibus, quæ in utroque equi-
noctio cuiusque anni Confucio
et progenitoribus defunctis
fieri solent, tamquam super-
stitione imbutis.

Similiter nec esse permit-
tendum in adibus Confucij
quæ eò appellari dicuntur
vocabulo, quò apud Chinas Idolo-

rum templum designari dicitur, exerceri ac peragi à Christianis ceremonias, Ritus, et oblationes, quæ in honorem ejusdem **Confucij** fieri dicuntur, tum singulis mensibus in novilunio et plenilunio à Mandarinis, seu primarijs Magistratibus, alijsq; officialibus, et literatis, tum ab ijsdè Mandarinis seu gubernatoribus ac Magistratibus, antequàm dignitatem adeant, seu saltem post ejusdem possessionem adeptam tum deniq; à literatis, qui postquam ad gradus sunt admissi, e vestigio ad templum seu ad eam **Confucij** se conferunt.

Item non esse permitten-
 dum Christianis in templis
 seu aedibus progenitoribus
 dicatis oblationes minius so-
 lemnes eisdem facere, nec in
 illis ministrare aut quomodo
 libet inservire, vel alios ritus
 et ceremonias peragere.

Item non esse permitten-
 dum Christianis prefatas ob-
 lationes, ritus ac ceremonias
 prout in quasitis relate sunt
 coram progenitorum tabel-
 lis in privatis domibus, nec
 in eorundem progenitorum
 sepulchris, aut antequam de-
 functi sepultura tradantur,
 in eorum honorum fieri con-
 suetas, unacum gentilibus

vel seorsim peragere, eisq³
ministrare, aut interesse, in
predicta omnia tanquam à
superstitione inseparabilia,
iuxta ea, quæ in quæsiis
posita sunt, nè quidem esse per-
mittenda Christianis per-
missa publica, vel secreta pro-
testatione, se non religioso, sed
civilis, ac politico tantum cul-
tu erga defunctos illa presta-
re, nec ab eisdem quidquam
petere aut sperare.

Atterim per responsa huius
modi non censendam esse dam-
natam presentiam illam, seu
assistentiam merè materiale
quam cum gentilibus supersti-
tiosa peragentibus, citè ul-
lam, si expressam, si taci-

tam gestorum approbationem,
ac quorundam ministerio penitus
secluso, eisdem superstitionis
actibus quandoque praesertim con-
tingat a Christianis, cum aliis
odia, et inimicitie vitari non
possunt, facta tamen fidei p-
testatione, et cessante peri-
culo subversionis.

Similiter nec per eadem
responsa retari, quae minus
erga defunctos peragi possunt
possint alia, si quae sint iux-
ta earum gentium mores, quae
verè superstitiosa non sunt,
nec superstitionis speciem
praesferant, sed intra limites
civilium ac politicorum Rituum
contineantur. Porro

quoniam hæc sint, et quibus
adhibitis cautelis tolerari
valeant, tum Domini Patri-
archæ Antiocheni Commissarij
et Visitatoris Generalis in Im-
perio Sinarum, tum Episco-
porum ac Vicariorum A-
postolicorum illarum par-
tium iudicio relinquendū
esse, qui tamēn interea omni
quō poterunt, studio ac di-
ligentiā curare debebunt,
ut gentium ceremonijs pe-
nitus sublatis, illi sensim
à Christianis et pro Christia-
nis hac in re usu recipiant.
Ritus quoque Catholica Ecclesia
pro defunctis sic prescri-
psit.

Super Quinto Artlo.

Ad tria quæ sita hujus articuli. Sacra Congregatio respondit: Christianis non posse permitti Tabellas *pro genitorum* juxta Sinesium morem, in privatis domibus retinere, cum inscriptione, qua *Thronus* seu *Sedes Spiritus* vel *animæ* *N. defuncti* ad eos, qua spiritum seu animam illius defuncti ibidem aliquando *sisti*, vel *residere* significetur, imò nec cum alia, qua *Sedes* seu *Thronus*, ad eos idem ac *prior*, licet magis contracta inscriptione designari videatur.

Quo verò ad Tabellas solode

functi nomine inscriptas
tollerare posse illarum usum
secluso scandalo hoc est. dum
modo qui Christiani non sunt,
arbitrari non possint Tabel-
las huiusmodi à Christianis
retineri eâ mente, quâ ipsi
illas retinent, et adjecta in-
super declaratione ad latus
ipsarum Tabellarum appone-
da, qua et quæ sit Christiano-
rum de defunctis fides, et
qualis filiorum ac Nepotum
in *progenitores* pietas esse
debeat, enunciatur.

Ad *quæsitum tertij Ar-*
ticuli huc remissum Sac. Con-
gregatio. satius duxit nihil
respondere, nè alias *dispositio-*

lica Sedes ab eo, quem in ejus-
 modi controversijs Sinicis ha-
 tenus tenuit, antiquo more
 recedere cogatur, quò nimi-
 rum ad ea, quae sibi pro tem-
 pore, tametsi diversimodè
 exposita fuerunt, responsa
 quidem veritatis semper
 dare, nunquam verò super
 expositorum hujusmodi
 veritate seu falsitate pro-
 nuntiare conuenit.

Super Sexto Articulo.

Nihil certi firmari posse,
 quod ad propositiones enun-
 ciatas in hoc sexto articulo,
 nisi praehabitis plenioribus
 et necessarijs rerum in eis con-

tentarum notitijs, interea
tamen committendum esse
prefato Domino Patriarcha
Antiocheno, ut auditis Con-
sulis, et Vicarijs Apostolicis
nec non peritiombus Missio-
narijs illarum partium, hac
in re id statuatur, atq; de-
cernatur, quod juxta eam
sibi a Domino prudentiam
Catholicae religionis indem-
nitati atq; animarum sa-
luti magis expedire cense-
rit.


Super. Sextimo Articulo.
Presupposito, quod Sinici
libri atheismum, et diversas
superstitiones contineant,

48

prout in Mandato Domini C:
piscopi Cononensis dicitur, ut
tile non modo ac salutare, sed
et omnino necessarium fuisse
monitum, de quo agitur in
septimo articulo, adeoque il-
lud esse approbandum. Cau-
danda demum esse decla-
rationem in calce ejusdem
Mandati adjectam, qua di-
citur, culpandos non esse il-
los Missionarios, qui aliam
praxim ab ea, qua in ipso
Mandato praescribitur, sequi
hactenus duxerunt, cum
mirum videri non debeat, quod
in ejusmodi materia, per tot
annos discussa et in qua ju-
ta diversas Apostolicae Sedis

expositas circumstantias, de
versa ut idem antehac emana-
runt ejusdem Sedis respon-
sa, concordēs omnes non fu-
erint in eadem sententiā. Ita
tā proinde hac in re agendū
fore tum à prefato Domino
Patriarcha Antiocheno, tum
ab alijs. Cuius superius re-
sponsorum executio injun-
getur, ut omnis quidem E-
thnica superstitionis spe-
cies, ejusq; afflatus, juxta
Tertulliani monitum: lib.
de Idololatr; etiam de lon-
giquo derictetur; in simul
tamen operariorum Evange-
licorum in vinea Domini stre-
nuè ac sedulò laborantium,
qui priusquam supra rela-

ta dubia ex solita hujus S.
 Sedis providentia ac rectitu-
 dine dirimerentur, aliter sen-
 serunt, honori, ac fama con-
 sulatur, nec tamquam Ido-
 lolatria fautores traducan-
 tur; præsertim quia plera-
 que ex illis, ^{que} Christianis per-
 mittenda non esse, sicut præ-
 mittitur, responsum fuit, ipsi
 quoque se nunquam revera præ-
 misisse declararunt, ne dubi-
 tandum sit, illos, finitâ jam
 causa præfate Sanctæ Sedis
 mandatis, eâ quæ decet, hu-
 militate, et obedientia esse
 obsecuturos.



Ter. 5. die 20. Novembris

1704


In Congregatione Generali
Sancta Romana et Univer-
salis Inquisitionis habita
in Palatio Apostolico Vici-
niali coram S. D. N. Cle-
mente divina providen-
tia **Papa XI** ac Eminen-
tissimis S. D. S. R. C. Cardi-
nalibus in tota Republica
Christiana contra hereti-
cam pravitatem, Generali-
bus Inquisitoribus a San-
cta Sede Apostolica speci-
aliter deputatis. Sancti-
tas Sua postquam in plu-
ribus Congregationibus coram

se habitis, ab ipso Pontifica-
 tus sui primordio, super præ-
 missis quasitis, seu dubijs
 Theologorum, ac Qualifica-
 torum ad id à sanctæ Me-
 moriæ **Innocentio XII** De-
 putatorum sententias ex-
 ceperat. postquam in idem
 pluries de ijs egerat cum
 S. S. Episcopis Beritensi, et
 Rosaliensi Vicarijs Apostoli-
 cis in Regno Sinarum, Romæ
 nunc commorantibus. ac
 postquam demum, quicquid
 in ejusmodi controversijs S. S.
Franciscus Noël, et **Gaspar**
Castner Soci. Jesu Procurato-
 res, et Missionarij Apostolici
 ejusdem Regni deoicere po-
 tuerunt, seu voluerunt, au-

diverat: responsa supradic-
ta, quae in alijs praecedenti-
bus Congregationibus simili-
liter coram Sanctitate Sua
habitis, diu multumque
discussa, ac mature exami-
nata fuerant, confirmavit
et approbavit, illaq; Domino
Carolo Thoma de Tournon
Patriarcha Antiochino Comis-
sario, et Visitatori Apostolico
in praefato Sinarum, et alijs
Indiarum orientalium. He-
nis transmitti mandavit, una
cum congrua ex opportuna
instructione desuper facien-
da, ad hoc, ut tam ipse qm
reliqui Archiepiscopi, Epis-
copi, seu alij, qui in illis par-

tibus visitatores delegati, seu
 Vicarij Apostol. munus exer-
 cent, vel in posterum exerce-
 bunt, responsa huiusmodi ab
 omnibus, et singulis, nunc
 et pro tempore ibidem exi-
 stentibus Missionarijs cuius-
 cunque ordinis, Religionis,
 et instituti etiam Soc. Jesu
 nec non ab universis Christi
 fidelibus earundem par-
 tium sub penis canonicis ea
 qua decet, obedientia obser-
 vari curent, et faciant, su-
 pensam tamen interea iustis
 et rationalibus ex causis
 animum Sanctitatis Suae
 morentibus eorundem respon-
 sorum publicatione, seu qua-

vis evulgatione tam in
urbe, quam in alijs Europæ
partibus: in contrarium
facientibus non obstanti-
bus quibuscungz.

Joseph Bartolus San-
ctæ Romanæ, et Uni-
versalis Inquisitionis
Notarius.
Loco  Sigilli.

Reges
ad promissa.

/: A. fol. 12. / Supplex libellus
Procuratoris Gene-
ralis Soc. Jesu; §.
il primo.
observationes P. Desj. in
mandatum Ki-
carij Maigrot à
Patribus Soc. Jes.
sacra Congreg.
exhibita fol. 108.
§. prevaluit. par.
2. observ. 1.

/: B. fol. 13. / Semedorelatio-
ne della Gran Mo-
narchia della Chi-
na par. 1. cap. 17

pag. 105. qui solum
modo testatur sacri-
ficari celo.

Massaeus historiarum
Indicarum pag. 100
ait, quod aliqui ce-
lum praecipue omni-
studio colendum
existimant.

Joannes Guelter in libro
Italice: = Notizie
varie dell'Impe-
rio della China pag.
88. testatur sacri-
ficari celo.

Memoriale Procura-
ris Generalis. Sor.
Iesu sacrae Congreg.
exhibitum d. il. pri-
mo.

Videatur Ludovicus
 le Comte in libro
 Gallico: = Nouveaux
 ux memoires tom. 2.
 pag. 186. Fater a Le-
 onysa in suis re-
 sponsonibus ad
 quasita sacra Con-
 gregationis.....

Et ad quasita Emi Ca-
 sanate.....

Tongobardus aydu
 Novarzettam tom.
 i. pag. 246.

I. Eodem solis. Fater a Leonysa
 in suis respon-
 sionibus ad qua-
 sita sacra Congreg
 particularis.....

et ad quæsitam Emi
Casinate

/: D. fol. 13: inverso. / videri pos-
sunt Auctores alii
legati lib. D.

/: C. fol. 14: inverso. / videri possunt
Semedo relatione
della gran Monar-
chia della Cina
par. 1. cap. 10. pag.
36.

Kircher Cina illustra-
ta par. 3. cap. 1.
fol. 132. et pag.
137. col. 1.

De Marin. Hist. de
fel. succ. lib. 1. c. 8.
pag. 104. quibus lo-
quitur de Tunchinen-
sibus.

Rhodes in Cethechis:

pag. 113. et in re-
lat. hist. de Tun-
chino pag. 60.

Bartol. la finalib:

pag. 74. vers. 12.

/: F. fol. 16. / Trigantius, et Riccio

de Christian. ex-
peditione, lib. 1.

pag. 118.

Semedo pars. prima

cap. 10. pag. 63.

Kircher finalillu:

strata par. 3. cap.

1. pag. 132. col. 1.

/: G. fol. 18. / Bartol. Final p. 3.

lib. 1. pag. 71.

Kircher in finalil-

ustrata par. 3.

cap. 10. pag. 132.

de Tellier tom. 2. pag.

274. §. vniuersum.

Copet. cap. 5. de Confu-
cio n. 60 circa med.

pag. 64.

/. H. fol. 19. in verso. / omnes qui
allegati sunt. li.
ter. 9.

/. I. fol. 20. in verso. / Copet in prol.
dicti tractatus
§. dubia quoque
circa finem.

Paterà Leonissa in
suis respons. ad
quesita.

/. L. fol. 30. / Massæus hist.
Indic. pag. 100.

Semèd. par. 1. cap. 118.
pag. 101. ubi tamè

negat esse proprie
sacrificia.

Alexander de Rhodes
libi. cap. 27. pag.
88. et 89 qui lo-
quitur de Tun-
chino.

De Marin. libi. cap.
14. fol. 155. qui
pariter loqui-
tur de Tunchino.







ksiaznica@kc-cieszyn.pl